

Fabri, Felix: Evagatorium in Terrae Sanctae, ..., ed. v. C.D. Hassler, Bd. 2, 1843, enthaltend fol. 183A–291B von Bd. 1 des Autographs (19 555-1) und fol. 2a–74a von Bd. 2 des Autographs (19 555-2)	zu Bild Nr. 0902
	0900
	0906
	0896
329	
(2a) Secunda pars Evagatorium Fratris Felicis Fabri de Ulma, Ordinis Praedicatorum.	0911
De peregrinatione a civitate sancta Jerusalem in montem Dei Oreb et in montem Synai ad sepulchrum angelicum beatae Catharinae virginis.	0891
E vagari denuo incipiam post greges Moysi ad interiora deserti contra montem Dei Oreb, Exodi c. III. Consummata enim et descripta evagatione peregrinationis Jerosolymitanae restat descriptio evagationis peregrinationis Synaianae, cui in sequentibus insistere intendo.	0951
C omplectitur autem haec secunda pars evagatorii peregrinationem deserti magni Arabiae et Madian et montis Synai. In ejus summitate est ultimus terminus ad quem totius peregrinationis.	0851
D einde continet peregrinationem terrae Aegypti et descensum Nili, cum ejus descriptione, et reversionem peregrinorum per mare et per terram usque Ulmam, quae urbs est terminus a quo, et ultimo loco describetur.	1001
H abet etiam haec pars sex tractatus, sicut et prima.	0801
P rimus tractatus, qui est septimus in ordine tractatum evagatorii, incipit hic, continetque peregrinationem deserti et descriptionem montis Oreb et Synai.	0401
S ecundus tractatus, qui est octavus, continet Aegypti peregrinationem per mensem Octobrem.	Ende
T ertius, qui est nonus, peregrinationem maris et insularum descriptionem per mensem Novembrem.	Anfang
Q uartus, qui est decimus, continet navigationem maris per mensem Decembrem.	
Q uintus, qui est undecimus, continet peregrinationem in Venetias et Venetiarum descriptionem et peregrinorum repatriationem in mense Januarii.	
S extus, qui est duodecimus, continet Alemanniae et civitatis Ulmensis latissimam descriptionem. Et hunc tractatum, quia	